



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1712**

Q. 242. An Religiosi censeri debent apti confessionibus audiendis: & quis absolutè censeri debeat bonus Confessarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42433**

propositæ se non accommodet : quæ omnia pluribus explicabuntur in seqq.

1794. Q. 242. An Religiosi censi debeant apti confessionibus audiendis: & quis absolute censi debeat bonus Confessarius. R. §. 1. Jansenistæ negant Religiosos censi debere aptos, imprimis qui statim absolvunt, ideoque confessiones illas factas dicunt debere censi communiter sacrilegas: sed hoc damnavit *Alex. VIII.* secundum dicta n. 125. Deinde, quia nimis parvas pœnitentias injungunt, sed hoc etiam damnatum est ab eodem *Alex. VIII.* secundum dicta num. 1263. E contra pro Religiosis sunt hæc argumenta valentiora: 1. quia eorum doctrina plerumque est major & tutior, nam dant se magis & per Superiores attinentur ad sana dogmata. 2. Plerumque major est illorum virtus, cui ratione statûs & mediorem student impensibus. 3. Experientia docet directionem Religiosorum magis prodesse ad perfectionem & sanctitatem consequendam.

1795. §. 2. Ille est absolute bonus Confessarius & rectè implet munus suum, qui pœnitentem benignè excipit, patienter audit, prudenter instruit, suaviter arguit, prout tempus & necessitas exigit: quandoque timore concutit, semper spe erigit, continuo amore virtutis accendit.

1796. Q. 243. Quinam Confessarii mereantur nomen Jansenistarum, Rigoristarum, Laxorum, Benignorum. R. §. 1. Jansenistæ sunt, 1. qui defendunt aliquam ex 5. propositionibus in Jansenio damnatis. 2. Qui defendunt propositiones illas non contineri in libro qui dicitur, *Augustinus Jansenii*. 3. Qui sincerè, ex animo & absque

distin-